



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Scipio Claromontius De Ratione Status**

**Chiaramonti, Scipione**

**[S.I.], 1679**

De Distributione, ejusque fuco. XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10064**

hæcce tegumenta & velamina, sìno ut capiantur ex simulationibus tyran-nicis & Oligarchicis, ut tamen ita formentur, ut convenient Democratiæ. Supersunt prætextus, qui magna in partem justi sunt, - ut dixi in Oligar-chiis dari; qui summatis huc redeunt, ut species pravi regiminis (loqui-tur modo de Democratico) ad meliorem speciem ejusd. Democratiæ redu-catur. Exempli gratia, quarta species ad tertiam: at longe melius erit, si ad primam. Quæ reductio remedium justum erit, quousque redditur status melior, aut pravi plurimum ab eod. tollitur, quod in ipso erat. Erit vero simulatio in hoc, quod se venditare vult resp. illa pro non Democra-tica, sed pro Rep. in specie ita dicta, aut tūna Aristocratiarum, quæ hodie dantur. Cujus persuasionis fundamentum est, quod in Oligarchia dixi-mus, videlicet comparatio inter Rēmp. pejorem, quæ mutatur, & minus pra-vam, in quam transit. Cujus comparisonis vim exposui eod. loco. Tan-tumque sufficiat dixisse de justo apparente, quo se obvelat iniquitas rerump: pravarum, quantum ad formam, & administrationem formæ præsentis. Progredior ad bina reliqua capita de distributione & jurisdictione com-mutativa.

*De distributione ejusq; fuso.*

## Cap. XII.

**D**E Distributione fucata non occurrit, ut aliud dicatur; enim vero cum dependeat a forma Rēip. & illius administratione, quam jam tradidi in dissertatione de prætextibus & velaminibus for-marum injustarum v.g. Tyrannicæ, Oligarchicæ, & Demo-craticæ, earumque administratione. Quare illuc redeundum erit, cum non conveniat repetere res easd. paulo ante dictas, quæ possunt, iuno de-bent manere infixæ memoriae lectorum.

Gg 2

De